

di iuste causa affirmativo, vel negativo interventu, arbitrium regulent, benignam, vel latam, aut respectivè strictam, & rigorosam adhibendo interpretationem. I
 Concessiones item factas, & gratias revocandi, five in
 354 beneficiis, vel officii institutos deservendi facultas, juris regalis, ac supremi Imperii est, ponnissi supremo Principi competens, cujus potestas eadem habet quæstiones, cum eisdem insignatis distinctionibus, quatenus ad externum perinet forum decidendas, iis, ad quos magis pertinet pro foro interno decisione reservata. Ea potissimum distinctione attendenda, an concessio de cuius revocatione, vel destinatione agitur, gratiæ, & cause lucrative speciem habeat, vel potius e converso iustitiæ, & onerosæ, vel correptivæ causæ. L.
 Quamvis etenim majores Nostri, in altera ordinariæ, & absolute potestatis distinctione, magnam vim constituere soleant. Moderno tamen tempore pro forensi praxi fabule speciem id redolere videtur, dum pro communi stylo, vel formulario, potestatis plenitudo semper interponi solet, ubi accedat voluntas, ad quam propterea omnes rediguntur quæstiones, quoties ea clara, & ex-

pressa non sit, ubi præsertim iustæ causæ fomen-
 sit, vel iustitiæ ratio resistat, si alias jus tertii saltem in
 fama, vel existimatione lædat, ut præsumi non debet,
 ut in sua sede latius. M
 Supremas defunctorum voluntates, commutandi, vel
 destruendi, fideicommissis præsertim, & majoratibus de-
 rogandi, juris Regalis pariter, supremique Imperii est,
 ut soli Principi, vel iis, quibus ipse concesserit, ad quos-
 cumque subditos privative competat. Illa tamen in ipso
 supremo Principe à foro pariter exulante antiquiorum po-
 testatis quæstione, ex eo quod juris nature præceptum
 sit, supremas morientium voluntates exequi, ac servari,
 cum verius à positivæ legis benignitate id pendat. Sol-
 lumque in piarum dispositionum, vel earum, quæ juris
 jurandi religionem habeant, illa potestatis in Principe
 sæculari quæstio cadit, ut soli Pontificiæ potestati id re-
 servatum sit. N
 H. De hac materia legum, & statutorum tit. de iudiciis disc.
 25. & tit. de success. ab intest. pluries.
 I. Disc. 148. hoc tit. L. Eodem disc. 148. M. cod. disc. 148.
 N. Tit. de fideicommiss. in summa ex n. 2. & 295. & seqq.

Finis Libri Secundi

[Faint, mostly illegible text in the left column, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, mostly illegible text in the right column, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

